



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd non sit palma victoriæ, sine labore certaminis. liii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

ratione prohibet, cum dict: Tantum in eum ne extendas manum tuam. Tribus autem modis loquitur diabolus ad Deum, cum vel vias suas insinuat, vel electorum innocentiam sicut et criminibus accusat, vel tentandam eandem innocentiam postulat. Vias quippe suas insinuat, qui ait: Circui terram, & perambula ei am. Electorum innocentiam accusat: quia dicit: Nunquid frustra lob timet Deum? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum? Tentandam eandem innocentiam postulat, cum dicit: Extende manum tuam, & tange cuncta quae possider, nisi in faciem benedixerit tibi.

Quod non sit palma victoria sine labore certaminis.

Caput LIII.

Sine labore certaminis, non est palma victoriae. Vnde *Ex dialogo* *Sergi* *victores*, nisi quia contra antiqui hostis infidias *go Greg.* decertauerunt. Malignus quippe spiritus cogitationi, locutioni, atque operi nostro semper assistit: si fortasse quid inueniat, unde apud examen aeterni iudicis accusator existat. Vis etenim nosse quomodo ad decipiendum semper assistat? Quidam qui nunc nobiscum sunt, rem quam narro testantur. *Quod vir vitae venerabilis Stephanus nomine, Valeriae provinciae presbyter fuit, huius nostri Bonifacij diaconi, atq; dispensatoris ecclesiae, cognatione proximus.* Qui quadam die de itinere domum regressus, mancípio suo negligenter loquens praecepit dicens: Veni diabole, discalciame. Ad cuius vocem mox ex parte caligatum corrigiæ in summa velocitate dissoluere, ut aperte constaret, quod ei ipse qui nominatus fuit, ad extrahendas caligas, diabolus obedisset. *Quod mox ut presbyter vidit, vehementer expauit, magnisque vocibus clamare coepit dicens: Recede miser, recede: non enim tibi, sed mancípio meo locutus sum.* Ad cuius vocem protinus recessit, ita ut inuenientur magna iam ex parte dissolutæ corrigiæ, ex parte remaserint. *Qua in re colligi potest antiquus hostis, qui iam præsto est corporalibus factis, quam nimis insidiis, nostris cogitationibus insistit.*

S. Isidor.

& de casu apostatarum.

Cap. LIII.

in libro of

Angelorum nomen officij est, non naturæ. Nam secundum sicut sic naturam, spiritus nuncupatur. Quando enim de loquitur.